



Kem 3489 (1-15)

546

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA
NOTIONEM
CRISEOS SISTENS.

QVAM

CONSENSV ATQVE AVCTORITATE GRATIOSAE
FACVLTATIS MEDICAE

IN ALMA FRIDERICIANA

PRO

GRADV DOCTORIS MEDICINAE

LEGITIME OBTINENDO

DIE II. FEBR. MDCCXCIII.

PVBLINE DEFENDET

AVCTOR

IO. FRIDERICVS CHRIST. THIEME

NEBRAE - SAXO.

HALAE,

LITTERIS TRAMPIANIS.



DIGESTATIO EPISTOLARIA HESIADA

NOTIONE

CRITIQUE ZETEIN

CONVERSATIONES ALEXANDRIENSIS CANTABERGIE

DISCUSSIONES DE TITULIS

DISCUSSIONES DE TITULIS

DISCUSSIONES

DISCUSSIONES DE TITULIS

DISCUSSIONES DE TITULIS

DISCUSSIONES DE TITULIS

DISCUSSIONES DE TITULIS

DISCUSSIONES

DISCUSSIONES DE TITULIS

DISCUSSIONES DE TITULIS

DISCUSSIONES DE TITULIS

ILLVSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO.

V I R O,

D O M I N O

FRIDERICO GVILIELMO

C O M I T I

DE SCHVLENBVRG - KEHNERT,

POTENTISSIMI REGIS BORVSSORVM GENERALI LEGATO

COPIARVM EQVESTRIVM,

ADMINISTRO REGIO RERVM PUBLICARVM ET BELLICARVM,

PRAESIDI COLLEGII, QVOD BELLICAS RES DIRIGIT,

INSTITVTI REGII DANEISTICI, QVOD BANCAM VOCANT,

PRAEFECTO SUPREMO,

ARCHIOPSARTYTAE HAEREDITARIO ELECTORATVS

BRANDEBVRGICI,

BALLIVO CAPITVLARI PRINCIPATVS MEVRSENSIS,

BALLIVO WITTMVNDENSI IN FRISIA ORIENTALI,

EQUITI ORDINIS AQVILAE NIGRAE ETC.

D O M I N O

SVO LONGE GRATIOSISSIMO,

CHIRISTIANUS HIC RITUS VESTRA

1. IESU CHRISTI IN SEUERIN

2. IESU CHRISTI IN SEUERIN

3. IESU CHRISTI IN SEUERIN

4. IESU CHRISTI IN SEUERIN

5. IESU CHRISTI IN SEUERIN

6. IESU CHRISTI IN SEUERIN

7. IESU CHRISTI IN SEUERIN

8. IESU CHRISTI IN SEUERIN

9. IESU CHRISTI IN SEUERIN

10. IESU CHRISTI IN SEUERIN

11. IESU CHRISTI IN SEUERIN

12. IESU CHRISTI IN SEUERIN

13. IESU CHRISTI IN SEUERIN

14. IESU CHRISTI IN SEUERIN

15. IESU CHRISTI IN SEUERIN

16. IESU CHRISTI IN SEUERIN

17. IESU CHRISTI IN SEUERIN

18. IESU CHRISTI IN SEUERIN

19. IESU CHRISTI IN SEUERIN

20. IESU CHRISTI IN SEUERIN

DOMEIN

21. IESU CHRISTI IN SEUERIN

NEC NON
ILLVSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO
VIRO,
DOMINO
HENRICO
COMITI DE SCHLABRENDORF,

CANONICO REGVLARI CAPITVLI MAGDEBURGICI,
DYNASTAE IN GRAEBEN ETC.

PATRONO
PIE VSQVE AD CINERES VENERANDO

HASCE PRIMITIAS
SACRAS

VVLT ET OFFERT

A V T O R.

И М О Н
И П Р А В Л Е Н И О - Г О Д И Н О Г О С Т В ЕНИЯ
У К А З О В
Д О Н И А
У А Д А С И О
С У Д О Г О В ОРЫ
С Т В О Р ЕНИЯ
П О Д С Т ВОРОВ
П ОДСТВОРИТЕЛЯ
О И О Т А П
П И С А В О Д Ч И Н Е Р Е В И В А Н Д О
Н А С Е Т Р И М И Т И С
С В Е К А Й
Ч А Т Т Е О Т Т Е Т
А П О Т У А

De Crisi morborum.

Cum mori majorum inservituro mihi in animo fuerit, specimen, quod ajunt, inaugurale elaborare, inter innumera, quae ex medicina sumi possunt, themata, illud accuratius considerandum, pertractandumque electum mihi que propositum habeo, de quo in omni fere libello, qui de rebus medicis tractat, omnique in morbo obvio sermo est, cuiusque objectum tanti quoque momenti habetur, ut ab una medicorum parte, absque accuratori hujus rei cognitione praegressa, ullam cum aliquo successu felici medicinam aegris fieri posse negetur; cuiusque natura denique atque vera conditio simul ita obscurra est, ut ab altera medicorum parte adhuc dubia moveantur, an res ipsa revera detur; de qua re denique a temporibus Hippocratis usque ad hodiernum tempus controversiae inter medicos gestae sunt. — Qua ex causa pretii operaे esse videtur, notionem hujus objecti eruere atque, quantum per virium tenuitatem licebit, stabiliorem reddere; dein ea, quae ex notione & eruta hujus rei natura sequuntur, deducere adque in usum praxeos medicae brevibus proponere.

Quaeritur itaque, quid medici sub voce criseos intellexerint? Sunt, qui quemcunque morbi exitum, finem, crisis habeant, ut Hippocrates, eiusque sectatores; alii vero tantummodo eum morbi exitum, in quo evacuationes, quas ideo criticas vocarunt, sensibiles succedunt, crisis appellant; cum e contra exitum morbi nulla evacuatione sensibili stipatum lysin esse volunt, ut Galenus, qui ideam Hippocratis de crisis quidem exceptit, at eo determinavit atque restrinxit, ut semper evacuationem quamdam sensibilem comitem habeat.— Aliis vero crisis potius aetio virium ut ajunt, medicatricium periodica esse videtur; alii denique quibus sanitas motibus quibusdam atque harmonicis consistere videtur, morbus vero motibus, ab ipsis naturalibus — abhorrentibus, crisis intermedios inter eos status sanitatis & morbi motus esse censem, ut Testa.

Contra a temporibus Hippocratis usque ad nostra non pauci exsterunt medici, qui omnem crisis, siquidem phaenomena periodica in morbis ea subintelligi, plane abnegarunt, cum naturam minime temporibus quibusdam adstrictam esse censuerint. Quibus ex causis mihi licet, investigare, an crisis existat, & quid ea sit; immo si res poseceret, novam viam considerationis legere.

Crisis tantummodo in morbis aut post morbos occurere, omnes medici, qui de crisis unquam differuerunt, consentiunt. Quamobrem ex notione morbi optime notio
criseos

erifeos eruenda erit; & postquam, quidquid in morbo in universum sumto obvenit, propriis nominibus jam praeditum, abstraximus, id, quod superstes manet, notionem erifeos suppeditabit.

Morbi notio itaque determinanda est, quaeritur: quid est morbus? Contrarium oppositum statum — aut certe a statu sano corporis humani vivi abhorrentem esse ferunt medici. — Ut itaque ea determinetur, necesse est ut antea status sanitatis determinetur. Quid est igitur status sanus?

Sanitas s. status naturalis ad totum corpus referunt. Via itaque, quam natura rei ipsa legendam indicaret, considerationis, esset, ut inquiretur, quibus consistat corpus particularis? quid quaeque harum conferat ad constituendum totum corpus ejusque statum sanum? an vita ex concinnitudine omnium particularum constitutivarum obtineatur? vel an potius vis quedam peculiaris corpori insit, cui vita & conservatio totius corporis debetur? quae disquisitio, si eam ulterius prosequerer, me nimis a scopo hujus dissertationis abducerebat. — Rerum natura mortalibus latet, tantum Phaenomena iis sunt data. Haec sunt in corpore vivo: Sensatio, motus. His causam subesse putamus, quam vim vitalem vocare medicis iubuit; cui itidem nutritionem & conservationem corporis a putredine &c. tribuunt. Si vero vita dependet ab hac vi ejusque actione, tantum
men-

mensura quaerenda erit, quae requiritur ut vis vitalis & corpus stet in statu naturali; quam mensuram præbent functiones corporis omnes sive succedentes. Non praetervisum tamen esse putas, functiones hascè etiam mensuram quamdam sibi vindicare, qua earum justa successio demum determinari potest. At minus haec hue facere videtur. Morbus s. status praeter-naturalis corporis itaque is status vis vitae erit, quo functiones corp. vivi non amplius rite obeuntur. —

Scholion.

Si vita vi sic dictæ vitali debetur, statusque sanus corporis ab ejus justa ac naturali conditione dependet, morbusque nil nisi recessus hujus vis ab hoc statu naturali est, sequitur, ut omnis morbi causa quam proxima in vi vitali ipsa quaerenda sit, siquidem morbum a phaenomenis distinguere nos oportet.

Quibus praemissis nunc scopo nostro proprius accedimus, quaestionemque istam maximi momenti movemus:

quomodo vis vitalis immutari possit?

Quatruplex esse videtur via. Nam per se perspecta hac re

I, vis vitalis sola per se & ex se immutari forsitan posse videtur. — Hoc quidem ideae vis, contradicere videtur neque perinaciter contendere quis ausus fuerit. At tamen vis vitalis ea gaudere potest constitutione, iisque con-

conditionibus obnoxia esse, ut, dum actiones suas debitas edit, sub quibusdam conditionibus immutationem aliquam subeat.

II. vis vitalis immutari potest iis corporis partibus, quibus inest, quarumque ministerio ad actiones suas utitur. Si nempe relatio mutua, quae inter vim vitalem & partes corporis sensibles, — solida viva & fluida intercedit, tollitur aut mutatur, vis vita ipsa immutabitur.

III. vis vitalis animo ejusque affectibus;

IV. Vis vitalis denique rebus externis, quae in eam agunt, immutatur.

Classis causarum immutatae vis vitae itaque esset duplex:

a. vel in vi vitali ipsa latent, vel

b. extra vim vitalem sitae sunt.

Posterior in causas materiales et
— — — immateriales aut morales dispesci-
tur. —

Quodsi causas dividere velis, prout sint materialcs aut non materiales — morales cum causis primae classis coincidunt; atque si morborum classis causis superstruere velis, erunt:

I. morbi absque materia.

II. morbi cum aut a materia.

Quae

Quae posterior vero denuo in plures dispesci patitur species, Nam

causa materialis sensibus percipi potest,
itaque — — — sensibilis,
aut — — — sensus nostros fugit,
— — — insensibilis.

Porro quoque causae materiales postquam in vim vitalem egerunt atque statum ei praeternaturalem, qui & post causas amotas perseverare valet, contraxerunt, effugere & evanescere possunt. Vice versa pathemata vis vitalis primaria, vitia in humoribus, forsitan quoque solidis producere possunt, quae sublatis istis, ut praesentibus adhuc, nova inducent vis vitalis pathemata; ita ut nunc vitium humorum revera pro causa sananda haberi debeatur.

In omni morbo vis vitalis patitur & morbi primae classis vi vitali ex toto continentur — itaque praeter eam *nil in iis aliud.*

Morbi vero alterius classis constituuntur
vi vitali male se habente, &
causa quadam, cui vis vit. status morbosus debetur,
extra vim vitalem sita.

In prima classe tantum respectus ad vim vitalem, in altera morborum classe, respectus ad vim vitalem quae patitur malam affectionem; ad causam morbificam; & denique ad mutuam relationem, quae vim vitalem & causam morbificam intercedit.

Morbi

Morbi primae classis absque evacuatione causae materialis solvi possunt.

In morbis alterius classis causa quaedam materialis quidem removenda venit, at semper sensibili ratione hoc fiat non necesse est.

E quibus patet, Crisin, siquidem evacuationibus sensibilibus eam consistere aut certe semper & necessario iis stipatam esse volunt medici, minime omnibus morbis competere; neque Lysin quidem.

Qua ex ratione & insuper quoque aliis, ista medico-rum sententia de crisi minus omnibus probari potest. Sequitur ut ulterius inquirendo insistamus.

Liceat itaque morbum ipsum in stadia sua dispescere.

Morbus, si recessus vis vitalis a statu suo naturali est, quoad tempus, initium sibi vindicet necesse est, hoc morbi stadium itaque quoque

initium morbi vocarunt medici.

Status vis vitalis a statu naturali magis magisque recessere potest, quod stadium

incrementum morbi appellant.

Sed necesse est, ut in puncto quodam incrementum morbi sistat, ultra quod non scandere potest morbus. Hoc

Acme



Acme, summum morbi stadium appellant, in quo morbus aut per aliquod tempus perdurat, aut statim decrescit, aut morte aut alio modo finitur.

Ab eodem temporis momento, quo morbus decrescit statusque praeternaturalis statui naturali proprius denuo accedit

decrementum morbi incipit.

Quod usque ad punctum id perdurat, quo statum naturale attingit; quod quoque in posteriori temporis dimidio

stadium convalescentiae audit.

Sed etiam de stadio cruditatis & coctionis ferunt medici. Interesse itaque debet, scire, quid sub his intelligi velint.

Duplex est respectus, quo haecce stadia sumserunt medici, ad causam nempe materialem & morbificam retulerunt medici quidam, & potissimum antiquioris aeri — alii vero, qui sunt recentioris aetatis, ad vim vitalem, quae patitur.

Prioribus cruditas est ea materiei morbifica conditio, qua morbum excitavit, noxia itaque & inimica; quod stadium eo usque praesto esse putant, donec ista materiei mala & nocens conditio in blandiorem & innoxiam transmutata est, ex quo temporis momento stadium coctionis — secundum istorum medicorum sententiam, incipit.

At patet, haecce duo stadia, siquidem in hoc sensu ea sumis, non omnibus morbis competere posse, iis nemque non

non, quibus nulla extra vim vitalem sita, aut nulla saltim causa materialis subest. — Porro quoque ista stadia corruere videntur, cum materies morbifica, si eam per se speetas, in initio morbi sive in primo temporis momento, quo vim vitalem afficit, nocentissimae indolis sit necesse videtur; Nam si corpori vires insunt, quibus materiei morbificae mala conditio debellatur, ab initio morbi statim mitigabitur, eoque magis innoxia blandaque evadet, quo magis ab initio morbi recedit, donec nulla amplius materiei morbificae noxia vis inhaeret. At eodem in momento, ex sententia medicorum hujus partis, morbus desirit, itaque dua diversa stadia non distingui possunt; neque incrementum morbi ex istorum medicorum sententia commode explicari posset, nisi supponere velis, materiei morbificae, quounque stadium incrementi morbi perdurat, semper novam copiam corpus intrare aut id aggredi. Necesse est, ut materies morbifica ad vires vitales referatur.

Exinde vero proficiuntur sententia altera medicorum de stadio cruditatis atque coctionis, secundum quam stadium cruditatis ab initio morbi incipit, atque, quounque status vis vitalis a statu naturali adhuc magis magisque recedere pergit, perdurat; Ab eodem vero temporis momento, quo vis vitalis ad statum naturalem regreditur, eique propius accedit, stadium coctionis incipit, quod usque eo perseverat, donec statum naturalem attingit. Dividere hoc stadium in plura, nulla exstat ratio. Quo vero hunc attingit, sanitas praesto est atque restituta. Itaque nil superest in morbis, quoad possit.

tempora, ideoque non intelligitur, quo crisis collocare possimus. Stadium itaque morbi singulum & proprium constituere nequit crisis. Si itaque ea existere jubetur, alio respectu, quam respectu temporum morbi, id esse oportet.

Ex consideratione morbi in universum, modo instituta, apparet: triplicem tantum respectum in morbis dari, nimirum ad vim vitalem, ad causam morbificam, & denique ad mutuam relationem. Itidem postea, cum de diversis morborum temporibus atque stadiis loquuntur sumus, evincere aussumus, neque in vi vitali absque relatione ad causas morbificas, neque in causis morbificis solis, ni ad vim vitalem relatas eas cogites, notionem Criseos quaerendam esse. Itaque tantummodo tertium superest, relatio quae vim vitalem intercedit, atque causam morbificam. Relatio causae morbificae ad vim vitalem vocatur *actio* causae morbificae; relatio vero vis vitalis ad causam morbificam *reactio* vis vitalis vocatur. *Crisis itaque actio vis vitalis in morbis erit* Dividere tamen satius erit eam in actiones criticas qua caussas & in Crisis, qua effectum earum. Nunc ulterius investiganda est haec materies. Atque si quid constans, in actione virium vitalium in morbis, inveniatur, hoc notio-
ni Criseos dein adhuc adjiciendum erit.

Quaestio itaque movenda venit: an vis vitalis in morbis alio more agat, quam in statu naturali, an actiones nunc exferat, quae in statu sanitatis non prodit, ita ut quasi nova vis in corpore enata esse videatur? — Si hoc ita esset,
actio-

actiones quae nunc provenirent, proprie criticae vocandae essent. — Quam vero quaestionem hoc loco fusiū non considerare licet. — Sed quomodo vis vitalis se habeat ad causam morbificam, quaeritur; an nempe ejus actio ad tollendam causam inimicam speget? — Revera id sic se habere videtur, cum vis vitae actio in morbis contra causam hostilem directa sit, neque vis sibi ipsi inimica esse possit. Itaque & hoc notioni Criseos adjungendum est: ut actio vis vitalis in morbis

morbi tollendi causa succedat.

Inquirendum nunc venit: Quomodo vis vitalis agat? quibus conditionibus obnoxia sit? quasque denique leges sequatur? — Quarum quaestionum responsa ex physiologia petenda sunt; quibus vero omnino is, qui hanc rem — doctrinam de Crisi fusiū tractatus & ut ita dicam quasi systema hujus doctrinae exstructurus est, utatur necesse erit. Hic tantum hujus legis, quam vis vitalis sequitur, mentionem facere licet:

Vim vitalem, quando frequenter aut vehementi quadam ratione ad actionem quamdam provocatur — hanc eandem actionem & evanida, semota causa, repetere.

Exempla, quibus haec lex vis vitae illustratur, hoc loco proferre non licet; praeter ea, quae dein, quando de periodicis differemus actionibus virium vitalium, enumerabuntur. Hic adnotare licet: de hac lege constitudinem ortum ducere. Restat quaestio, an actiones vis vitalis, ni omnes certe quadam

quaedam temporibus quibusdam & certis adstrictae sint? — Experientia atque solers medicorum observatio tam in statu naturali quam praeternaturali omnino multa istarum actionum vis vitalis temporibus quibusdam succendentium, quasque si repetuntur periodicas appellantur, exempla colligerunt; neque desunt & in reliqua rerum serie phaenomena periodica.

Atque cum a multis medicis istae virium vitalium actiones periodicae in dubium sunt ductae, aut plane omnino abnegatae, certe quatenus ad crisi referuntur, non alienum erit, fusius de hac re differere. Liceat itaque primo exempla phaenomenorum periodicorum ex reliqua natura, quaedam proferre; propterea, quod haec, ut postea forsitan patebit, vim quandam in vires vitales exserunt, atque iis itidem rationem ad periodicas quasdam actiones praebere videntur; & quod quoque quasi argumento actionibus vis vitalis periodicis esse possunt. Huc spectant: variae Solis stationes quotidianae & annuae, Aequinoxia, solsticia; varia, quae inde dependent, diei ac anni tempora, dies, nox, veris tempus, aestatis, autumni atque hiemis; variae atmosphaerae constitutiones periodicae, veni &c. variae in superficie terrae mutationes; resolutiones & novae compositiones corporum; quibus processibus quasi chemicis aeris aliarumque rerum mutationes producuntur. — Forsitan quoque atmosphaera constitutiones singulares non solum quotannis, verum etiam per majora temporis spatia subit; post triennium singulum, uti quidam volunt, quinqueannium

quennium, post novenos annos, &, ut asserit iste magnus
Astronomicus la Grande undevicos annos.

Lunae quotidiana & mensualis ad terram positio, &
quae inde dependent, mutationes atmosphaerae, aliarum-
que forsan rerum, quae denuo in corpora animalia agunt.

Porro regni vegetabilis mutationes periodicae. Plantae
& arbores &c. certo quodam tempore viridescent, gemmas
atque flores acquirunt fructusque ferunt, qui statu quodam
tempore maturescent. —

Non pauca exstant phaenomenorum periodicorum in
corpore humano tum sano cum aegro exempla —

Sic Somnus eodem tempore plerumque redit, decedit
que, quo hucusque ex quodam temporis spatio accesserat
atque evanuerat. Sic desiderium ciborum atque potulen-
torum statu tempori certe in plerisque hominibus ad-
strictum est; atque si hoc tempus praeterlapsum est, desi-
nit, etiamsi ei haud satisfeceris. Digestio ciborum, pree-
paratio chyli, resorptio ejus atque advectione ad systema va-
sorum sanguiferorum, &c. succedunt atque perficiuntur in-
tra temporis quoddam spatium.

Porro excretiones — per alvum, urinam, forsan quo-
que cutem huic legi obnoxia sunt; neque semper a pree-
senti irritamento in partibus, ubi succedunt, determinan-
tur — cum constat, homines, qui cuidam temporis affueti
sunt, excretiones, per urinam absolvere, quin tanta in
copia

copia materies excernenda in vesica urinaria collecta sit, ac aliis temporibus, in quibus tamen nullae succedunt.

Sic quoque partes corporis, humani motibus quibusdam adsuescent.

Dentitio.

Partus itidem hic pertinet,

Menstruationes sexus sequioris,

Aetatum stadia, anni climacterici, &c.

In statu praeternaturali non rariora occurunt phaenomena periodica.

Plura a recensitis status naturalis dependent,

Sic cuique fere aetati proprii morbi competitunt.

Haemorrhoides, aliaque profluvia sanguinis.

Arthritis paroxysmis periodicis aggreditur,

Asthma, ut Floyer on the Asthma, docuit.

Varia ulcera cutanea periodos servant.

Plures morbi exanthematici quibusdam temporibus homines corripiunt; atque omnes fere decursum periodicum sibi vindicant; inde variolarum stadia ebullitionis, eruptio-
nis, suppurationis atque exarescentiae — quorum singulum in regula per triduum stat.

Varia pathemata, quae nervosa dicuntur.

Spasmi, convulsiones, epilepsia, tetanusque.

Dolores periodici, ut e. g. Hemicrania.

Nullis

Nullis vero in morbis adeo luculenta obveniunt phaenomena periodica, quam in febribus — & potissimum febribus intermittentibus.

Quibus hucusque recensitis phaenomenorum periodorum exemplis satis evicta erit natura actionum certe plurium vis vitae periodica, ita ut Notioni criseos & hoc adjice-re liceat. Erit itaque Crisis:

Actio vis vitalis in morbis, morbi tollendi causa succedens, ex parte periodica.

Non amplius quaestio nunc esse potest, an Hippocrates revera dies criticos observarit, nec non suspicio, quia quibusdam tenebatur, se numeris Pythagoricis nimium obediisse, evanescet. Alia vero quaestio est: an actiones periodicae ejusdemmodi atque iisdem temporibus nostro aevio atque climate, succedant, ac aetate atque climate Hippocratis? — Medici clinicorum magna cohors vero hanc quaestionem affirmat.

Fontes ex quibus haec actiones vis vitalis periodicae promanant, erunt:

- I. Vis vitalis ipsa, quatenus peculiari forsan constitutione gaudet.
- II. Connubium vis vitae cum animo;
- III. Connubium ejus cum partibus corporis, ideoque organizatione corporis.
- IV. Res externae, quae in corpus agunt.

B

Sed

Sed futuris laboribus comittere coactus sum eruere, quid quique horum; quatuor fontium inspecie & singulus, quidque in connubio huc conferant. — Animum vero pro vario ejus in diversis aetatibus atque temporibus statu, phaenomenis atque actionibus vis vitalis, quae, quia iste discreto tempore accedit, periodica erunt, rationem praebere mihi persuasum habeo,

Notione criseos investigata atque, ut nobis videtur accuratius determinata, restaret, ut nunc criseos notionem applicaremus. At hoc arctos, in quibus dissertatio haec inauguralis inclusa est, fines excederet, atque tempus, quod huic impendere, mihi per res, quae circumstant, licet. Itaque sufficiat, brevibus tantum quasi schema delineare.

Notio Criseos tribus constat momentis.

I. Actione vis vitalis in morbi,

II. — Morbi tollendi causa succedenti,

III. — — periodica,

His superstruenda esse videtur doctrina de crisi.

I. Morbi, quoad causas, fuerunt,

a. *absque materia*, qui ex vi vitali ipsa, & a causis non materialibus producti sunt,

b. cum aut *a materiali* quadam causa, quae, vel

α. sensibilis vel

β. non sensibilis sit

Solu-

Solutio morborum itaque

- quoad a. *absque evacuatione necessaria* — & si quaedam succedunt, certe non corpus delicti continent.
- b. quidem *cum evacuatione*, id est, remotione causae cuiusdam materialis, at tantum
- a. *cum evacuatione sensibili*, ni quoque in hoc casu materies peccans blanda, innoxiaque redditur, aut, ut ajunt, assimilatur
- b. vero — *cum evacuatione non sensibili*, succedit.

Attamen non interficias itur, morbos hujusmodi non turbulent modo — quinimo cum evacuationibus sensibilibus solvi posse — sed tantum non necessarias esse evakuaciones sensibiles in hoc uti in morbis primae classis — assero.

II. Actio vis vitalis removendi morbi causa succedens.

Hic molimina vis vitalis in morbis; necon punctum aut *gradus*, & mos ejus efficaciae, si morbus tolli debet, perscrutanda veniunt. Quo etiam *impedimenta* criseos perpendenda pertinent.

III. Actio vis vitalis, periodica. Si omnis virium vitalium actio periodice succedit, non sejungi poterit hoc momentum a Nr. II, & tantum in abstracto separata sunt ab invicem. Sin vero praeter continuas actio-

nes



nes vis vitalis, *actiones*, intensiones, molimina, aut quo alio nomine venerint — *periodica* — aut, quibusdam tantum temporibus profert vis vitalis, omnino duo a se invicem satis diversa momenta sunt, medicis artificibus magni usus, atque pretii. —

Hic dierum sic dictorum criticorum, indicantium, medicinalium expositio.

Fateri candide liceat, esse in votis intimis, ut, ni ea, quae proposita sunt, saltim labor, & voluntas, quos his primis impendi, omnibus probentur genuinis in medicina artificibus.

WIS

PICA

D

12/1

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

NOTIONEM

CRISEOS SISTENS.

7
QVAM

CONSENSV ATQVE AVCTORITATE GRATIOSAE

FACVLTATIS MEDICAE

IN ALMA FRIDERICIANA

PRO

GRADV DOCTORIS MEDICINAE

LEGITIME OBTINENDO

DIE II. FEBR. MDCCXCIII.

PVLICE DEFENDET

AVCTOR

IO. FRIDERICVS CHRIST. THIEME

NEBRAE - SAXO.

HALAE,

LITTERIS TRAMPIANIS.

